

summo cunctorum Patrum consensu, ab omni noxe suspitione immunem iudicatum fuisse: magnaue letitia ob eximium, quo Patriarcham complectebantur, amorem perfusi Patres, non modo cum eo per litteras sunt gratulati; verum etiam, ut insignis viri fame, atque honori consulere, præclarum de illo Patrum iudicium Regibus, ac Principibus Christianis communicarunt.

Ad eandem Grimani victoriam complaudens, alludebat Patavii Nicolaus Antonius Gravatus Briaricensis, Jurisconsultus, iv. Kalendas Februarii, mense a dicta sententia quarto, a Synodo dissoluta secundo, in sua ad Patriarcham Nuncupatoria, præfixa Octaviani Vestri J. C. Introductioni in Romanæ Aule Actionem, & Judiciorum mores. *Cunctis*, inquit, *tua virtus, gloria, clari natales, glorioseque stemmata satis explorata sunt, atque elucescunt. Tu certe talon Te jam inde a puero semper præbuisi, talisque innocentissima tue vita ratio fuit, ut vere possimus dubitare, an tibi dignitas, an potius tu dignitati plus ornamenti conferas. Tu illo, inquam, es, quem omnes ubique prædicant, hominem esse omnium bonorum usui natum, est livor, atque insana fortuna, frustra tamen, oppugnare tentaverit: quos firmissimis conscientia præsidii munitus, præclare nedum contempsisti, sed contrivisti etiam, & concussisti. Enimvero sic omnia feliciter bis succedunt, qui sua consilia pie, ac religioso ad Deum referunt. Quamobrem ob incredibiles virtutes tuas existat admirabilis gloria tua, & frequens in sempiternum erit fama cum laude &c.*

In eundem etiam sensum Tiberius Decianus anno 1578. in sua Responsorum publica nuncupatione Grimano triumphum gratulatur. *Licet multorum Præsulum doctrina, mores, & vita a multis laudentur, tua tamen integritas, innocentia, Fides Catholica, ac gravissima celo pietas, Sacrosanctæ Theologie profunda eruditio, non ab uno, vel altero, sed ab universo Christianorum cætu, nempe a sacrosancto, & œcumenico Tridentino Concilio, quo universa Sanctorum, ac Doctorum Patrum Ecclesia confluerat, non modo fuit approbata, & a malevolorum rabie vindicata, sed & summe laudata, & ex professo gloriose predicata: quod nescio, an ulli mortalium jam annis antea tam feliciter, tantoque summorum, atque eruditiorum virorum applausu contigerit.*

Jam quid ex ea Patriarchæ Aquilejensis absolute Scholæ Thomisticæ luci veniat, demonstrare, nostrarum omnino partium putarem, nisi res in aperto foret. Quis enim primo rerum intuitu non illico videat, illas Utinensis Concionatoris assertiones, ab Illustrissimo Præsule vindicatas, cæterasque ea in Epistola passim additas, & a Synodo Tridentina ab erroris suspitione vindicatas, ex earum numero esse, quas in plerisque Thomistis nonnulli fugillant? Quin immo nemo non statim intelligit, assertionum illarum aliquas iis verbis expressas esse, quæ si nunc Thomistarum aliquis usurparet, cœlum rueret. Heu quam præcipiti æmulorum accusatione peteretur! quam liberaliter invidiosum, quod passim volitat, affectum nomen! Nullum esset convicii genus, quod non in illum expueret sacer furor. Et hæc tamen præcipua hujus Epistolæ capita erant, cujus ne verbum quidem censura dignum invenit Tridentina Synodus, aut quod in Ecclesiæ Patribus non legatur.

Quamquam, ut est aliquid conditioni temporum tribuendum, nolim hodie duriores illas loquendi rationes a nostratibus usurpari, sed alias mitiores, quæ minus invidia, & calumniæ pateant.

CAUSA

P. LUDOVICI MOLINÆ

SEPTIES AD EXAMEN VOCATA EST.

P R I M U M EXAMEN annis 1598., & 1599. peractum est coram selectis Censoribus, Præsidentibus Cardinalibus LUDOVICO MADRUTIO, & POMPEJO ARRIGONIO. Congregationibus undecim causa primo tractata est; ac demum, aliis secutis congressibus Censorum Judicia scripto lata. *V. Lib. 2. cap. 2.*

S E C U N D U M EXAMEN, seu verius amica Collatio partium a die 22. Februarii anni 1599. ad diem 20. Aprilis anni 1600. octo Congregationibus peracta est; tum subinde scriptis ultro, citroque datis: Præside CARDINALI MADRUTIO; Arbitris CARDINALIBUS BERNERIO Ord. Prædicatorum, & BELLARMINO e Societate. *V. Lib. 2. cap. 4.*

T E R T I U M EXAMEN, seu primi examinis recognitio a die 27. Aprilis anni 1600. ad diem 9. Septembris, binis Congregationibus qualibet hebdomada celebratis. *V. Lib. 2. cap. 9.*

Q U A R T U M EXAMEN anno 1601. celebratum est a selectis Censoribus. *V. Lib. 2. cap. 9.*

Q U I N T U M EXAMEN a die 20. Martii anni 1602. ad diem usque 22. Januarii anni 1605., præfente CLEMENTE VIII., & Emin. Card. Inquisitoribus Generalibus, habitum est. Habuit Congregationes 68. *V. Lib. 3. cap. 1.*

S E X T U M EXAMEN a die 14. Septembris 1603. ad diem 1. Martii 1606. habitum est, Congregationibus constans 17., præfente PAULO V., & Emin. Card. Inquisitoribus Generalibus. *V. Lib. 4. cap. 1.*

S E P T I M U M EXAMEN pro Censuris ultimo colligendis, & Pontificio Diplomate meditando, a die 3. Octobris anni 1606. ad diem 20. Julii 1607. *V. Lib. 4. cap. 18.*

N O M I N A

Eorum, qui aliquas in Congregationibus de Auxiliis partes habuerunt.

P O N T I F I C E S

CLEMENS VIII.

PAULUS V.

C A R D I N A L E S.

Card. Ludovicus Madrutius, Episcopus Tridentinus.
 Card. Hieronymus Bernerius de Corrigio, vulgo de Aculi, Ord. Prædic., Episcopus Albanensis,
 Card. Paulus Sfondratus, Mediolanensis.
 Card. Dominicus Pinellus, Genuensis, Episc. Tusulanus.
 Card. Petrus Aldobrandinus, Clementis VIII. ex Fratre Nepos.
 Card. Anna decaers de Givri, Gallus, Ord. S. Benedicti.
 Card. Laurentius Blanchetius, Bononiensis.
 Card. Pomponius Arrigonius, Romanus.
 Card. Franciscus de Avila, Hispanus.
 Card. Innocentius Bufalo, Romanus.
 Card. Antonius Zapata, Hispanus, Archiepiscopus Burgenfis.
 Card. Robertus Bellarminus, Politianus, e Societate Jesu.
 Card. Camillus Burghefius, Romanus, qui fuit Paulus V.
 Card. Anselmus Morfatus de Monopoli, Ord. Capucinarum.
 Card. Jacobus Davy du Perron, Gallus, Episcopus Ebroicensis, postea Archiepiscopus Senonensis, & magnus Franciæ Eleemosynarius.
 Card. Ferdinandus Taverna, Mediolanensis.

Sevry Tom. I.

h

Episco-

Episcopi Confores primi Ordinis,

Propertius Refta, Ord. S. Francisci; Epifcopus Geruntinenfis, & Cariatenfis, Petrus Lombardus, Archiepifcopus Armachanus, Hiberniae Primas. Joannes de Rada, Archiepifcopus Tranenfis, Ord. S. Francisci, poftea Epifcopus Paftenfis, Julius Sanctus a Monte-Filatrano, Epifcopus Sanctae Agathae Gothorum, Ord. S. Francisci, Hieronymus Palantierus, Epifcopus Biontinus, Ord. S. Francisci. Laelius Sueftanus, Epifcopus Neritonenfis. Hyppolithus Maftenius, Epifcopus Montis-Pelufii, Ord. Servorum. Bafilius Pignatellus, Epifcopus Aquilanus, Clericus Regularis Theatinus.

Theologi Cenfores fecundi Ordinis.

Henricus Sylvius, Vicarius Generalis Ord. Carmelitarum. Joannes Baptifta Plumbinus, Procurator Generalis Ord. S. Auguftini. Francifcus Brusius, Procurator Generalis Ord. S. Francisci. Gregorius Nunnus Coronel, Ord. S. Auguftini, primus Congregationis Secretarius. Anaftafius Brixienfis, Ord. S. Benedifti, Prior S. Pauli, poftea Abbas S. Mariae de Farfa, fecundus Secretarius. Anfelmus de Monopoli, Procurator Generalis Ordinis Capucinatorum, is fuit S. R. E. Cardinalis, qui fupra. Antonius Bovius, Ordinis Carmelitarum, Regens. Jacobus le Buffu, Ord. S. Benedifti, Doctor Sorbonicus. Ludovicus de Creil, Doctor Sorbonicus.

Generales Ordinum, Actores in caufa.

Hyppolithus Maria Beccaria, Generalis Praedicatorum. Hieronymus Xavierres, Generalis Praedicatorum, poftea S. R. E. Card. Claudius Aquaviva, Generalis Societatis Jefu.

Procuratores Causae.

Paulus Ifarecius, Vicarius, & Procurator Generalis Ordinis Praedicatorum. Raphael a Ripa, Ord. Praedicatorum. Benediftus Iuftiniani, e Societate. Michael Vafques de Padilla, e Societate.

Disputatores pro Praedicatoribus.

Thomas de Lemos, Magifter. Didacus Alvares, Magifter, & Regens Minervitanus.

Disputatores pro Societate.

Gregorius de Valentia, Ferdinandus de Baftida, Christophorus Cobos, Joannes de Salas, Petrus Arrubal, Bartholomaeus Peres.

JUDICIA CENSORUM

De prima editone hujus Historiae.

CENSURA

Reverendi admodum, ac Perillustri Domini HENRICI DENYS, Sacrae Theologiae in Academia Lovaniensis Licentiatum, Cathedralis Ecclesiae Leodiensis Canonici-Theologalis, in eisdem Ecclesiae Seminario Theologiae Professoris, necnon Examinatoris Synodalis.

ET si celeberrima de Divinis Auxiliis Controversiae Historia, quae in publicum prodit, nonnullam belli imaginem praese ferat; pacis tamen Opus est, pacisque negotium adoritur, ac concordiae inter Theologos inveniendae viam sternit. Haec enim velut quoddam Motivum JURIS esse mihi videtur pro intruenda, & urgenda decisione litis, jam a centum annis coram Apostolica Sede pendenti, adornatum: in quo perspicuae, eleganter, candideque exponuntur controversiae materies, origo, progressus, statusque hodiernus; expendantur litigantium partium rationes, argumenta, momenta omnia, septies ad examen per totum decennium revocata; referuntur scripta, iuridice a Partibus prolata, disputationes coram sanctissimis Pontificibus, eorumque delegatis Consultoribus habitae, & pleraque ordinandae, informandaeque litis instrumenta; narrantur denique importuna jurgia, contentiones acerbae, malaque innumera, quae ex iis controversiis nondum iuridice decisae enatae sunt, & scholarum, totiusque Ecclesiae pacem, ac concordiam miserum in modum labefactant. His igitur supremae, Apostolicae Sedis tribunalis expositis, quis non speret futurum, ut optimus Pontifex Innocentius XII., Pacis non minus, quam Veritatis amans, huic tam diuturnae controversiae finem tandem imponat, sententiamque suam, tot ardentibus votis expetitam, ex Apostolicae Cathedrae folio pronuntiet? Hac spe animatus, hanc Historiam Congregationum de Auxiliis Divinae Gratiae, velut Augustinianae, ac Thomisticae de gratia doctrinae vindicem, Apostolicae Sedis adversus hereticorum calumnias apologeticam, Ecclesiasticae pacis, ac Theologiae unitatis prodromam, exultans vidi, ac secutus probavi, cum nihil illa contineat fidei Catholicae, ac bonis moribus non contentaneum, & Ecclesiae utilitatibus accommodum. Dabam Leodii 7. Martii 1699.

H. DENYS, S. Th. Licent., & Professor, nec non Canonicus Theologus Leodiensis, ac Examinator Synodalis.

CENSURA

Sapientissimi Domini ARNOLDI EYBEN, Cathedralis Ecclesiae Antverpiensis Canonici Theologalis, & Thesaurarii, Archipresbyteri Ruralis, ac Censoris Librorum.

Attente perlegi hanc Historiam Congregationum de Auxiliis, quatuor Libris comprehensam, simul cum Appendice; cumque in iis nihil occurreret aut a fide devium, aut bonis moribus adversum, iudicio meo (quod tamen Sedis Apostolicae Censurae reverenter subijcio) publicam illa lucem meretur. Faxit Deus, ut per eam obstruantur petulantia ora Heterodoxorum, Pelagianismi notam Romanae Ecclesiae per calumniam african-

Serry Tom. I.

tiam; & Orthodoxorum aliqui definant pro verfatili Molinae gratia, voluntatis infirmae pedissequa, inanes buccinare triumphos; ac demum omnes uno ore, ac eodem sensu constentur illam gratiam, quae efficaciam suam habens ab omnipotentia Dei, ac dominio, quod habet in voluntates hominum, facit non minus fortiter, quam suaviter, ut in praecipis ejus ambulemus, & iudicia ejus custodiamus, ac operemur. Dabam ANTERVPIAE HAC T. Aug. 1699.

ARNOLDUS EYBEN, Cath. Antwerp. Can. Theologalis, Librorum Censor.

CENSURA

Sapientissimi D. JOANNIS LE BEAU, ad S. Adalberti Leodiensis Curio-Decani, ac Synodalis Examinatoris.

Cum multi Pontifices Praedecessores nostri, inquit Clemens VIII., doctrinae Sancti Augustini de Gratia tam acres fuerint assertores, & vindices, ut quasi hereditario jure eam in Ecclesia relinquerent; aequum non est, ut patiar, illam hac quasi hereditate privari. Hinc non mirum, si parvulus ego Rom. Ecclesiae Filius, Sanctissimae Patris animo, ac consilii obsequens, gaudeam, in publicum prodire hanc Historiam, quae ad laudem gloriae Gratiae Domini Jesu, communemque totius Ecclesiae utilitatem, quantopere collatura sit, vel ex ipsius argumento augurari licet; cum totam celeberrimam controversiae seriem exhibeat, & invictas Augustinianae doctrinae vindicias, numerosissimae, ac sapientissimae Congregationis iudicio confirmatas, omnium oculis subjiciat: quamobrem non tam Censuram particularium iudicium, quam unanimum Theologorum omnium gratulationem exigere videtur. Proinde dum sacrae illorum turbae gratulanti, sub sanctae Sedis Apostolicae beneplicito, & ego gratulabundus accedo, liceat mihi, non minus charitatis, quam veritatis amanti, ex demissa mentis penetrabilibus fraternae pacis vota depromere, juxta suscipiendum Magni Leonis PP. sentiam, quo magnifice dixit Epist. 20. ad S. Flavianum: Deceat in talibus causis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concervationum & charitatis custodiatur, & veritas defendatur. Veritati servient haec amabilia S. Augustini verba in Psalm. 57. Quid gloriosius, Fratres, quam subijci, & vinci a Veritate? Superet te Veritas volentem; nam & invitum ipse superabit. Charitati suffragabuntur haec mellita S. Bernardi Epist. 35. Inter amicos contra veritatem nulla debet esse meticulosa, cum sit periculosa palpato. Accedat ergo, Lector benignus, qui tranquilla mente, sedato corde, pacis studio, qui veritatis amore, Religionis affectu, Ecclesiae sollicitudine, in veritate, & charitate ambulet, unitatis Christianae tenax. Sic voveo, sic cupio sub illius supremae Sedis Patrocinio, cui haec, & omnia mea libentissime simul, & humillime submitto. Dabam LEODII Calendis Julii 1699.

JOANNES LE BEAU, S. Adalberti Curio-Decanus, Examinator Synodalis.

ALIORUM THEOLOGORUM
APPROBATIONES

Primæ editionis hujus Historiæ.

JESUS, MARIA.

Eminentissimi Cardinalis BERULLI, ejusque Oratorianæ Congregationis degenerem me Filium probaverò, si prodeunti in publicum Historiæ Congregationum de Auxiliis Divinae Gratia sub Summis Pontificibus Clemente VIII., & Paulo V. venerabundum non assurgam, ejusque eruditissimo, ac sincero Auctori meæ qualicumque Approbationis calculo suffragari subterfugiam. Actorum enim celeberrimæ illius Congregationis editio triumphus est omnipotentis gratiæ Christi, quam Eminentissimus Pater noster deperibat; Honor est sancti Patris Augustini, cujus ille doctrinæ suos omnes addiditissimos esse, addiditissimus ipse, voluit; Decus est Romanæ Ecclesiæ, Sedisque Apostolicæ, cujus de gratia fides, a doctissimis Pontificibus assertam, contra calumniantes Heterodoxos propalam evincit; Solatium est denique nostræ ipsius Congregationis, quæ Cathedræ Petri, & Augustino, cujus illa doctrinam toties suam fecit, indivulso adhærens, non aliam lucisque amplexa, ac tuta est, quem quæ hic a doctissima Congregatione de Auxiliis, ut Divinis Scripturis, & sacre Traditioni conformis, post septem decennalis judicii Examina, confirmatur, ac sancitur. Si gloriari oportet, (& expedit quidem) est, unde Oratorio nostro gratulemur, quod ex illo primum in lucem publicam ante annos fere septuaginta emerferit, & Urbano VIII. Summo Pontifici oblata fuerit, jussu Eminentissimi Institutoris nostri, Actorum hujus Congregationis pars exigua quidem, sed nobilissima; summa videlicet Oratoris, aurum contra æstimandæ, quam velut totius illius Judicii fundamentum posuit Clemens VIII., & cui pariter, velut quadrato lapidi, Opus suum de Libertate Dei, & creaturae superstruxit Gibieus noster, Doctor, & Socius Sorbonicus. Si portio tam exilis, ex integra Actorum mole delibata, tanto tunc plausu excepta est, & ab Augustinianis Theologis tam avidè hausta; quid non pro integra Historia sperandum? Si enim delibatio sancta, & massa, (licet Pauli verbis uti) & si radix sancta, & rami. Dubitas, candide Lector? Veni, & vide, sicut ego veni, vidi, probavi, sancte attestans, in eo opere tam laborioso nihil a me fuisse deprehensum, quod fidei Catholicæ, bonisque moribus adversetur; immo nihil, quod perutile non sit, ac pene necessarium ad vindicandam gratiæ Christianæ veritatem, ad humana novellarum opinionationum inventa confutanda, ad pacem Ecclesiarum, scholarumque tranquillitatem stabiliendam. O urina! Sic testor, ac voce in Bruxellensi nostro Oratorio die 1. Aug. 1699.

J. DE HONDT Presbyter, S. Theol. in Academia Lovaniensi Licentiatus, Præpositus Congreg. Oratorii D. JESU, per Provinciam Mechliniensem.

AD laudem gratiæ Omnipotentis, Apostolicæ Sedis honorem, & Augustinianæ, Thomisticæque Scholæ defensionem prodit tandem in lucem integra, ac sincera Congregationum de Auxiliis Divinae Gratia Historia, quatuor hisce libris ab eximio Domino AUGUSTINO LE BLANC, S. Th. Doctore, fideliter exposita, in quibus vi-

dere est Auctorem, radiis, & amore veritatis perfusum, perspicacissime ejusdem Historiæ malignos depravatores detegentem, ac resutantem. Tam solida enim, & clara in veritatis defensionem elegantis stylo, & mira dicendi dexteritate deducit, ut adamantis instar, nequaquam tenebrosos officios, aut mallei male ferientis ictibus sint obnoxia. Quare cum nihil fidei, aut bonis moribus dissonum contineat; illam prælo, & plausu dignam judico, ut evidenter, ac fideli calamo demonstrata veritas, in ejusdem adulteratorum confusionem triumphet. Datum Leodii ultima Julii, 1699.

FR. PHILIPPUS VERDIN Ord. FF. Minorum S. P. Francisci de Paula, per Belgium, & inferiorem Germaniam Provincialis, & S. Theol. Lector.

Totam Historiam Congregationis de Auxiliis sub Romanis Pontificibus Clemente VIII., & Paulo V., quatuor Libris contentam, late deductam, & elegantis stylo propositam una cum Appendice legi, & judicavi dignam, quæ præli beneficio ad omnium Theologorum manus perveniat, ut tandem agnoscat, & admittat libero arbitrio prædominantem gratiam, quam agnoverunt, & admiserunt S. Augustinus, & ejus vestigiis inhærens S. Thomas, & ita cessent dissensiones, & scandala. Plurimum placet, quod Auctor Historiæ, tota Sanctorum Augustini, & Thomæ discipulorum comitante caterva, vehementer anhelat ad hujus controversiæ plenariam decisionem; cui do manus, idipsum unice optans, confirmandus, ut certo arbitror, in ea sententia, quam a juventute tenui; si vero male arbitror, ab errore liberandus, & cantatorum altissimam palinodiam. Dabam Antverpiæ 2. Aug. 1699.

F. MICHAEL VERDIERE, Ord. Eren. S. Augustini, S. Theol. in Academia Duacensi Doct. & Professor.

NJEDUM in Galliam, sed & in Belgium nostrum exit quotidie sonus Defensorum Scientiæ mediæ, se in Congregatione de Divinis Auxiliis sub fel. rec. CLEMENTE VIII., & PAULO V. gloriosos reportasse triumphos, jaçantium. Et Lovanii quidem nuperime quidam buccinabat. Hæc doctrina est, pro qua potissimum in acie Romana stetimus non inglorii; quam Molina illustravit quidem, non tamen primus adinvenit; denique quæ, velut pretiosa margarita, semper nitidior, & solidior crevit procellas inter, & turbines, vel, ut loquitur Sylvester Maurus, quæ in fornace examinis Pontifici sæpius igne probata, deprehensa est aurum omnibus modis purgatissimum. Et iterum: An Molina reus sit, jam a seculo judicavit S. Sedes, a qua tam Liber, quam Libri Auctor ab omni proflus Censura absolutus est. Frustra igitur post tot annos Lovanii Rane coaxant, quando jam primum Romæ Vaticanum intonuit. Absolutus, inquit, tum a censuris primum in Hispania, deinde Romæ a quibusdam qualificatoribus nullis. Insuper ejusmodi, & imaginarios triumphos retundit efficacissime hæc de Divinis Auxiliis Historica Narratio. Unde ut Scientia-media, quoad concordiam liberi arbitrii cum Divina gratia, Hæster-nus Ludovici Molina commentum, quam ratio invictissime impossibilem probat; quam Molina manifeste a nullo Theologo traditam agnoscit; quam Doctorum Aquilæ, Magno P. Augustino, palam ignotam confiteretur; propter cuius neglectum Lucem Doctorum sub caligine ponit; omissione cuius si non proflus tollit, diminutos saltem vult glo-

APPROBATIO

Theologorum Ordinis Predicatorum.

Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, inquiebat Nicolaus I. PP. ad Hincmarum Rhemensem, ceterosque Gallia Episcopos, ut temporibus nostris vel falso insinulari sanctam Dei Ecclesiam permittamus; vel eas Traditiones, quas antiquitus a Patribus nostris suscepimus, pro libito semper errantium infringi patiamur. Quapropter necesse est, ut eorum conatibus resistamus, & falsis eorum jaculis clypeum opponamus. Quod nos quidem, opitulante superna potentia, prout valeamus, agere non omittemus; nec cum opportunis caelitus datur, contra illos pro Ecclesia Christi racemimus. Hujus Pontificis zelum imitatus hujus Historiæ Auctor, illam ad veritatem historice narrationis exactissime compositam, atque elegantis stylo elaboratam, hoc uno studio dedit, ut ipsam a falsitatibus, quæ de illa spargebantur, vindicaret; & Ecclesiæ dogmata de Prædestinatione gratuita, & Gratia de se efficaci nonnullorum calumnias defendere. Nempe, Molinistarum jam est vox una vulgatissima, Censores Romanos in celeberrimis Congregationibus de Divina Gratia Auxiliis nedum absolutum dimisisse Molinam, ejusque sequaces, sed & palmam ipsis asseruisse, atque victoriam. Atque hinc inventa sua, commentaque, a Pelagianorum figmentis licet nil differentia (ut quidem censent Congregationum de Auxiliis intergerimi Judices) in doctissimis istis Congregationibus approbata fuisse effutunt; & ea passim, ac ubique venditant, ut Ecclesiæ Catholicæ Fidem. Quod quanto ejusdem Ecclesiæ probo fiat hiæ in Regionibus, heu! nimium experimur, dum hæreticos incessanter audimus inclamantes, se nunquam ad eam Ecclesiam accessuros, in qua Pelagianismus usque adeo prædicatur, atque extollitur. Tanto malo occurrit præclarus hic Auctor, opportunissimum adhibens remedium, dum genuinam, ac sinceram Congregationum de Auxiliis scribendo Historiam, quis iis de dogmatibus sit Ecclesiæ sensus, palam facit, ac prodit. Quod quam feliciter præstiterit, existimabunt æqui Lectores, dum interim hanc Historiam utilissimam Ecclesiæ futuram arbitramur. Datum Montibus Hannoniæ in Belgio 14. Julii 1699.

FR. PHILIPPUS DURANDUS, in Universitate Duacena S. Th. Doct. Exprouvialis Provincie Germaniæ inferioris, Ordinis Predicatorum, nuper Duaci, Coloniae & Lovanii repetitis vicibus Studiorum Generalium Regens Primarius.

FR. NORBERTUS D' ELBECQUE, S. Th. Doct., & ejusdem, ac S. Scripturæ Professor, necnon Studii Generalis Montensis Regens Primarius, ejusdem Ordinis.

FR. ANTONIUS ANGION, S. Theol. Licentiatus, ejusdem Ordinis, & Studii Regens.

gloriosos Ecclesiæ, de Pelagianis per S. P. Augustinum reportatos triumphos, nec satis prostratos hujus temporis Lutheranos, & Calvinistas, dum palam inverecunde gloriatur Molina: Quæ si data, explanataque semper fuissent, (videlicet principia Scientiæ mediæ) forte neque Pelagianæ hæresis fuisset exorta, neque Lutherani tam impudenter fuissent ausi negare libertatem arbitrii, neque ex Augustini opinione, concertationibusque cum Pelagianis tot fideles fuissent turbati, ad Pelagianosque defecissent, faciliusque reliquæ illæ Pelagianorum fuissent extinctæ: ut, inquam, illa Scientia-media exuat larvatam approbationem Summorum Pontificum fel. rec. CLEMENTIS VIII., & PAULI V., quam ejus defensores et ubique attribuunt; utque Orbis univerfo innotescat, quid de Scientia-media senserint Belgæ, Hispani, Qualificatores Romani, Summi Pontifices, denique Ecclesiæ universa, sub benedictio S. Sedis utilissime in lucem edentur Historiæ Congregationum de Auxiliis sub Summis Pontificibus Clemente VIII., & Paulo V. Libri quatuor, Auctore AUGUSTINO LE BLANC S. Theologie Doctore: quæ Historiæ Reformatos nostros Batavos confundet, calumniantes Ecclesiam, quasi deserta Augustiniana victrici gratia, ad castra Pelagianæ, vel Semipelagianæ transferret, & confirmabit Doctores Catholicos, ut despectis Molinianis castris quoad rationem conciliandi libertatem arbitrii, sequantur D. Augustinum, ac D. Thomam, eam deducentes ex Dei omnipotentia, & ejus efficaci dominio super humanas voluntates: quæ sententia, Coelestino teste, ipsa est Ecclesiæ Catholicæ doctrina, evidentissime a Clemente VIII. in suo omnino Scripto asserta, qui propterea Congregationes de Auxiliis ad mentem D. Augustini adstrinxit, ut refert Contentonius post D. le Bossu Doctorem Parisiensem, & P. Gibieuf Oratorii Presbyterum ex illa Clementis Oratione, cujus exordium: Quamvis nemini, nisi Deo, rationem reddere debeat, & cætera, quæ referuntur in hac Historiæ lib. 3., & in Append. Prodeat itaque in lucem hæc Historica Narratio, & ejus Acta probant, quæ sapientissimus hic Pontifex asserit. Dabam Bruxellis 10. Augusti 1699.

FR. AGATHANGELUS a SANCTO CLEMENTE, Primus Defensor Provincialis, & sacre Theologie Prælector Ordin. Carm. Disc.

AD laudem omnipotentis gratiæ Dei, quæ de omnibus Augustinianæ doctrinæ obreclatoribus semper triumphavit, simul & in Romanæ Ecclesiæ defensionem adversus Heterodoxos eam calumniantes, quasi suis contra quinque famosas propositiones Constitutionibus a vera Christi gratia ad Pelagianismum defecerit, infrascriptus censet librum, cui titulus: Historiæ Congregationum de Auxiliis Divinae gratia sub Summis Pontificibus CLEMENTE VIII., & PAULO V. Libri quatuor, Auctore AUGUSTINO LE BLANC, S. Th. Doct., eo jure dignum, qui in lucem prodeat, quo Panoplia gratiæ per R. P. Thomam de Lemos, eadem Ecclesiæ permittentem, prodit. Tamest enim Acta de Auxiliis sub CLEMENTE VIII., & PAULO V. allegare non permittat, tanquam authentica; allegare non prohibet, tanquam vera, prout ea laudatos Lemos allegavit. Ita visum, salvo meliori Sææ Sanctitatis judicio, hac die 18. Augusti 1699.

FR. HENRICUS a SANCTO IGNATIO Carmelitarum Wallo-Belgarum Vice-Provincialis, S. Theologie Professor Emeritus.

CENSURA, ET APPROBATIO

Addendorum primæ Editionis hujus Historiæ, quæ in hac secunda Editione suis quaque locis inserta sunt.

Infrascripti testamur, a nobis accurate lecta, ac recensita fuisse quædam Auctaria, seu, ut præfert titulus, *Addenda suis locis in Historia Congregationum de Auxiliis, sub Summis Pontificibus Clemente VIII., & Paulo V. celebratarum, Anno 1700. edita*; nihilque in illis occurriffe, quod Fidei Catholicæ dogmatibus, morumque Christianorum legibus adversum, nobis visum fuerit. In cujus Fidem subscripsimus.

ARN. EYBEN. *Ecll. Cath. Antwerp. Can. Teolog., Librorum Censur. Antverpiæ 12. Julii 1701.*

H. DENYS S. Tb. *Licentiatus, Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis Canonici Theologus. Leodii 29. Junii 1701.*

J. M. DE HONDT *Presbyter, S. Tb. in Academia Lovaniensi Licent., Ex-Præpositus Congregationis Oratorii D. Jesu. Bruxellis 4. Julii 1701.*

FR. HENRICUS A SANCTO IGNATIO, *Vicarius Provincialis Carmelitarum Wallo-Belgarum, S. Theologiæ Professor emeritus. Bruxellis 4. Julii 1701.*

FR. PHILIPPUS VERDIN *Ord. FF. Minorum S. P. Francisci de Paula, per Belgium, & inferiorem Germaniam Provincialis, & S. Theol. Lector. Leodii 29. Junii 1701.*

FR. PHILIPPUS DURAND, *S. Theolog. Doctor, Ordinis FF. Præd. Ex-Provincialis, & Prior. Brania-Comitis 22. Junii 1701.*

CENSURA ORDINARIJ

De recenti hac Divinorum

AUXILIORUM HISTORIA.

Atente perlegi hanc Historiam Congregationum de Auxiliis, quatuor Libris comprehensam, simul cum Appendice: cumque in iis nihil occurreret, aut a fide devium, aut bonis moribus adversum, judicio meo (quod tamen Sedis Apostolicæ Censuræ reverenter subijcio) publicam illa lucem meretur. Faxit Deus, ut per illam obstruantur petulantia ora heterodoxorum, Pelagianismi notam Romanæ Ecclesiæ per calumniam affricantium; & orthodoxorum aliqui desinant pro versatili Molinæ gratia voluntatis infirmæ pedissequa, inanes buccinæ triumphos; ac demum omnes uno ore, ac eodem sensu consiteantur illam gratiam, quæ efficaciam suam habens, ab omnipotentia Dei, & dominio, quod habet in voluntates hominum, facit non minus fortiter, quam suaviter, ut in præceptis ejus ambulemus, & iudicia ejus custodiamus, ac operemur. Ita censui de prima hujus Historiæ Editione: idem adhuc censeo de hac secunda aucta, & emendata, cum Libro Apologetico. Nec iudicium meum mutare me fecit ingens illa argumentorum farrago, quibus Historiam illam impugnare conatus est *Theodorus Eleutherius*; cum enim omnia solide, & clare soluta, & enervata sint in jam dicto Apologetico;

co; illustrandæ potius, & confirmandæ historia, quam imperunt, serviunt, quam illi refellendæ, & expugnandæ. Dabam Antverpiæ hac die 13. Martii 1709.

ARNOLDUS EYBEN, *Cathedralis Antverpiensis Canonici Theologus, Librorum Censur.*

ALIORUM THEOLOGORUM

JUDICIA,

ET

APPROBATIONES.

JUDICIUM

Reverendi admodum ac Perillustri Domini Henrici Denys, S. Theologi in Academia Lovaniensi Licentiati, Cathedralis Ecclesiæ Leodiensis Canonici Theologus, Sacræ Majestatis Imperialis Consiliarii pro Patria Leodiensis.

Historia Congregationum de Auxiliis, ante aliquot annos a me approbata, prodit nunc locupletior eruditus additionibus, ac libro integro, quo adversariorum responsiones eliduntur, & conteruntur. Quapropter datam libenter antehac approbationem lubentius nunc confirmo. Quamvis enim historiæ, quæ solide, ac dilucide stabiluntur, merito placeant; adhuc tamen magis sapiunt, dum elucescit fertilitas, & insulitas eorum, quæ ab ipsismet animosis adversariis obijci, vel reponi possunt. Non est igitur, cur doctrinam de gratia per se efficaci, quæ præfulgidiorum est Ecclesiæ Doctorum Augustini, & Thomæ, clamoribus, diuersisque suspectam reddere nitantur: est potius, cur sileant, dum in hac Historia clarissime demonstratum vident, Universitates, ac omnia passim pulpita ad contrariæ doctrinæ exortum conclamasse, atque ipsius, velut plurimum noxiæ, suppressionem postulasse. Non enim mutat, aut variat fides, vel doctrina Columnæ veritatis, & falsum sit oportet, quod novum est. Possunt scilicet clamor, confidentia, ac potentia vetustam Ecclesiæ sententiam oppugnantium nonnullos tertere, aut etiam desicere; sed exitingu ipsa, aut supprimi nequit. Ea vero, quæ posteriori huic Editioni accesserunt, sana, solida, Eruditorumque omnium applausu dignissima censeo. Leodii 8. Aprilis 1709.

Henr. Denys Canonici Theologus Cathedralis Leodiensis.

APPROBATIO

Reverendi Admodum P. MICHAELIS DELEWARDE, Oratorii Gallo-Belgici per Dioceses Cameracensem, & Leodiensem Præpositus.

JESUS, MARIA.

LEgi Historiam Congregationum de Auxiliis Divinæ Gratia, summa Auctoris fide collectam, plurima diligentia consectam, pulcherrimo ordine digestam. Sane Opus hisce diebus nubis, & caliginis apprimere necessarium est, ut quid Sancta Sedes Apostolica, Summis Pontificibus Clemente VIII., & PAULO V. Ecclesiæ universæ præsentibus, de prædestinatione gratuita, & gratia ex se efficaci sentiebat, omnibus Theologis sit exploratissimum. Quamprimum enim contraria do-

doctrina exorta est, sensit Academias nostras Lovanensem, & Duacensem sibi infestas; Episcopos nostri Belgii tunc doctissimos, avitæ Religionis observantissimos, novorum Dogmatum censores diligentissimos experta est; denique Judicia censoria Theologorum nostrorum scriptis sapientia, eruditione, modestia plenis expressa sunt, Sedis Apostolicæ Legato probante, & laudante præstantissimorum virorum charitatem eximiam, & doctrinam sublimem. Hispania, illuminatorum ferax terra, ad nova Theologiæ versatilis commenta exhorruit. Præclara Sancti Dominici Familia, Sanctissimorum Augustini, & Thomæ Ecclesiæ Doctorum illæsa, & inconcussa dogmata amplexa, Pelagii, & Massiliensium repullulantes errores, ut sibi videbatur, ad Summum Pontificem detulit; quos vero putabat errorum sectatores, & defensores in jus vocavit, coram Consalutoribus, & Censoribus Apostolicis impugnavit, & vicit; atque exinde præsertim habiti sunt ejusdem sacra Familiae Alumni, Doctrinæ Ecclesiæ defensores, Patrum vindices, Decretorum Sedis Apostolicæ cultores, denique Canonum Concilii Arausiaci, & Valentini observatores constantissimi. Quorum omnium fidem indubitam facere, mihi visus est Eruditissimus hujus Historiæ Auctor, qui quidquid ad factorum veritatem in hac parte desiderari potest, addidit in medium, & contra larvati sub *Theodori Eleutherii* nomine Scriptoris nova signenta egregie confirmat. Post ergo tot examina Romæ habita, post utrinque disceptationes Theologorum, post lata denique Romanorum Censuram judicium, causam hanc finitam esse, merito quis dixerit, si Summi Pontificis præformata desuper Bulla promulgaretur: quod ad Ecclesiæ Catholicæ gloriam, & Theologorum hinc inde dissidentium concordiam, & pacem foret utilissimum. Sic Censeo, sic voveo, sic exopto Montibus Hannoveria 22. Februarii A. 1709.

MICHAEL DELEWARDE Oratorii Gallo-Belgici per Dioceses Cameracensem, & Leodiensem Præpositus.

APPROBATIO

Adm. Reverendi, Eximii, & Sapientissimi R. F. NICOLAI GIRKEN, Ord. Erem. S. P. Augustini Ex-Provincialis, in Alna Universitate Colonienf. S. Tb. Doctoris, & Ordinarii, publicique Professoris, Examinatoris Synodalis &c.

Placuit Divinæ providentiæ, sui, suæque exercitricis gratia tutelam Sanctissimo Parenti Augustino committere, quam ille vix orfus contra versutos hæreticos, non solos hæreticos expertus est contradicentes, verum & catholicos, non eos quidem gregarios, sed primi nominis viros sanctissimos, doctissimos, Episcopali dignitate fulgentes (sic Massilienses obrectatores suos appellat S. Augustinus ipse) qui meritisimè Senis consummatam sanctitatem, doctrinæque puritatem constanter exercuerunt. A SS. Prospero dein, & Hilario descendit in discipulos pro Magistro, ejusque doctrina dicendi, sicut ab aliis contradicendi, studium; eo operæ pretio, ut, Ecclesiæ Doctrinam S. Augustini de Prædestinatione, & gratia universum probante, ei contrarius nemo orthodoxus videri, aut dici velit. Utri vero non tantum videantur, sed & genuini sint mentis, & doctrinæ Augustinianæ vindices, de qua hæctenus disceptatur, planum facit in hac Historia celeberrimarum Congregationum de Auxiliis Divinæ Gratia sub Summis Pontificibus Clemente VIII., & Paulo V.

adm. Reverendus, Eximius, ac Sapientissimus Pater JACOBUS HYACINTHUS SERRY, Ord. Præd., Doctor Sorbonicus, & in Serenissima Republica Veneta Academia Patavina, Theologus Primarius, dum nova, eaque admodum efficaci methodo veram S. Augustini mentem, & sensum historice demonstrat, simulque liquidum facit omnibus, quidquid hac de re in controversiam vocari potest, ita plene, planeque discussum esse, ut sit ab animata fidei Regula proxime definibile, utinam definitum proxime. Quod nescio, si methodo pure scholastica tam facile potuisset obtineri; quidquid enim, fide magistra, de supernaturalibus motivis, quantumcumque firmis, nisi differamus, semper habet humana ratio, subesse nolens, quod reponat, & obganniat. At veritas historica, cum nota sit evidentia sensuum, & authenticis irrefragabiliter doceatur instrumentis, muta, quocumque se vertat, tenetur ratio: id, quod mihi de hoc Opere tanto firmius persuasum habeo, quo monumenta hujus Historiæ, fide dignissima, debilioribus video a *Theodoro* quodam *Eleutherio* ratiunculis, & conjecturis impugnari, qui proinde veritatis stimulis cum moderamine inculpatæ tutelæ sentire meruit. Dabam Colonia hac 16. Decemb. 1703.

F. NICOLAUS GIRKEN Augustinianus, Sac. Theol. Doctor, & in Universitate Colonienf. Professor Ordinarius, Publicusque, Examinator Synodalis, & Conv. Col. p. fr. Prior. m. p.

APPROBATIO

Reverendi adm. Patris HENRICI a S. IGNATIO, Ord. Carmelit. Ex-Provincialis, S. Tb. Professoris Emeriti.

Præclaram hanc Congregationum de Auxiliis Divinæ gratia sub Summis Pontificibus Clemente VIII. & PAULO V. Historiam magno auctam rerum accessione, totiusque Libri Quinti additione; per R. A. P. JACOBUM HYACINTHUM SERRY, Prædicatorem Ordinis, Doctorem Sorbonicum, & in Academia Patavina publicum S. Tb. Professorem, summa cum animi voluptate legi, mihi que visa est aureo conscripta calamo. In ea namque Sapientissimus Auctor summa cum eruditione, perspicuitate, atque elegantia demonstrat, gratia per seipsam efficaci, gratuitaque Prædestinationis Augustino-Thomisticis Defensores, ex diurno illo decem annorum coram Apostolico Tribunali certamine, a centum annis inito, post Examen septies repetitum, necum latere tecto, sed & hoste triumphato, semper emeruisse; non humano favore, vel patrocinio, sed una sola victoris gratia veritate. Idque manifestum facit tum ex Partium litigantium argumentis tunc productis, tum ex subsecutis Sapientissimorum Consultorum, a Sede Apostolica delegatorum, judicis, judiciorumque Instrumentis, manu propria Secretariorum subscriptis; quibus estis desit ultima Juris formalitas, ideoque allegari non permittantur ut authentica, allegari non prohibentur ut historice vera. Nec hoc duntaxat SERRYS evincit, sed nullam Molinæ defensorum molitionem in contrarium relinquens intactam, omnes ipsorum vitiigationes, argutias, tricas demonstrat nihil esse nisi allegationes falsas, nihil nisi gerras, officias, nugas. Perspicue etiam ostendit, nuper productam ab isdem eodem de argumento *Theodoro Eleutherio* Historiam, pseudo-historiam esse; pro arbitrio non garriens, nec historicas narrationes suas futilibus, ut ipse, sed solidis probans argumentis. Gumque aliunde nihil in ipsa deprehenderim, si-

dei, aut bonis moribus adversum, illam ad laudem omnipotentis gratiae Dei luce publica dignissimam judico. In Carmelo nostro Xhaviensi juxta Leodium hac die septima Decembris 1708.

F. HENRICUS a S. IGNATIO Ord. Carmelit. Ex-Provincialis, S. Th. Professor Emeritus.

APPROBATIO

Reverendi adm., ac Venerabilis Patris F. PHILIPPI VERDIN Ord. FF. Minorum, S. Theologiae Lectoris Jubilati, & per Belgium tertio Ex-Provincialis.

SI Augustino teste, veritatis sola inquisitio perfectum sapientiae munus est (lib. 1. contra Academ. cap. 3.) sincerum se veritatis inquisitorem, ac propugnatorem, atque adeo perfectum sapientiae amatorem exhibuit Sapientissimus Pater JACOBUS HYACINTHUS SERRY, Ordinis RR. PP. Praedicatorum, Doctor Sorbonicus &c. in sua Congregationum de Auxiliis Divinae gratiae, sub Summis Pontificibus CLEMENTE VIII., & PAULO V. habitaram, Historia, praecipue in Libro Quinto, quatuor praecedentium, antehac omnium veritatis amicorum applausu exceptorum, Apologetico. Opus universon planae praelo, & cedro dignum, in quo nihil bonis moribus, aut fidei orthodoxae oppositum, mihi visum fuit; cujus in laudem gloriae gratiae Dei hoc dignum videtur intentum, ut detectis, & confusis iis, qui veritati minus consona, velut ab Apostolica Sede approbata, quasi super tecta depraedicant, sola regneret veritas, praefataque Augustino-Thomisticae Scholae doctrinae victrix exurgat, quam magno semper in pretio habuisse Summos Pontifices, totoque mentis affectu amplexos fuisse, declarat Optimus Pontifex CLEMENS XI.: atque hoc omnibus omnipotentis gratiae Dei amatoribus, Christianaeque humilitatis sectatoribus non minus, quam Eximio hujus Operis Scriptori unice cordi esse debet, ut ea adstruatur gratia, quam semper supplex postulavit Ecclesia, qua Deus ad se nostras etiam rebelles compellat propitius voluntates. Ita voveo, & censeo Leodi in Conventu nostro Sancti Francisci de Paula hac 22. Januarii 1709.

Frater PHILIPPUS VERDIN Ordinis FF. Minorum, Sacrae Th. Lector Jubilatus, & per Belgium tertio Ex-Provincialis.

APPROBATIO

Reverendi admodum Patris ELISEI a S. FRANCISCO S. Theologiae Praeceptoris, & Provincialis Carmelitarum Discalearum; & Reverendi admodum Patris SIMONIS STOCK a S. MARIA S. Theologiae Praeceptoris, & Definitoris, ejusdem Ordinis.

GRatulandum sane toti Augustino-Thomisticae Scholae, quod quemadmodum olim in celebri illa de Divinis auxiliis Controversia, tam acriter sub SS. Pontificibus CLEMENTE VIII., & PAULO V. agitata, ex inlyto Praedicatorum Ordine (quem Veritatis Ordinem appellabat INNOCENTIUS X.) in arenam prostratus invictus athleta, Eximius P. M. Thomas de Lemos, qui gratiam per se ipsam efficacem contra validos, & importune renitentes Adversarios gloriose propugnavit; ita modo ex eadem Sacra Familia prodierit alter, qui omnia, quae solemnissimis in

Congressibus acta, disputata, ac judicata (citra tamen definitivam Summi Pontificis sententiam) fuerunt, quaeque multa salutarum caligine obvoluta plerisque latuerant, palam Orbi Litterario faceret, ea, quae ipsis in fontibus improbo labore hausit, fideliter referendo. Hoc certe quam egregie praestitum in Historia Congregationum de Auxiliis Divinae gratiae &c., quae aliquot abhinc annis sub ascitio Augustini le Blanc nomine lucidata est. Nunc vero eadem, Libro Quinto, & magna rerum accessione aucta, proprio sub Auctoris nomine, Eximii, scilicet, Patris JACOBI HYACINTHI SERRY Ordinis Praedicatorum, Doctoris Sorbonici &c. iteratis typis prodit. Hunc Librum Quintum, & accessoria Nos infrascripti magna cum animi attentione, & voluptate perlegimus, in quo Eximius Auctor modestè, & religiose, servatoque inculpatè tutela moderamine, suam Historiam, supra solida, & inconcussa, pro rerum gestarum, & assertarum veritate, fundamenta structam, a calumniis, salutaribus, & injuriis cujusdam Theodori Eleutherii in sua de eodem argumento Historia solide defendit, ac enormes nimis Adversarii criminationes acriter reprimit. Idcirco tota ejus Historia, hoc Quinto Libro, & aliis adjectis aucta, praeli beneficio digna est; cum nihil contra fidem, aut bonos mores contineat, sitque Ecclesiae Dei, ac Reipublicae Litterariae periculis ad discernendum verum a falso in materia de Divinae gratiae auxiliis, Praedestinatione &c., ad stabilendam gratiam per se efficacem, a SS. Augustino, & Thoma Ecclesiae Doctoribus assertam, & refutandos heterodoxorum in praefata materia errores; ad obturanda obloquentium ora, calamosque comprimendos; ad separandum pretiosum a vili. Hinc optime in hoc Opere ejus Auctori quadrat, quod ait Dominus Jeremiae (cap. 15. v. 19.) Si separaveris prius sum a vili, quasi os meum eris. Ita censemus, salvo semper meliori suae Sanctitatis iudicio, cui nosmetipsos, & omnia nostra sensa, ut filii obsequantissimi, intellectum nostrum in obsequium fidei captivantes, submittimus. Datum in Conventu nostro Leodiensi Carmelitarum Discalearum, hac decima quarta Mensis Martii, anno 1709.

F. ELISEUS a S. FRANCISCO Provincialis, S. Theologiae Praeceptor. F. SIMON STOCK a S. MARIA Definitor, & S. Theologiae Praeceptor.

APPROBATIO

Rdi. adm. P. F. BALTASSARIS a PUERO JESU Carmel. Discalear. Conventus Montensis Prioris, & quondam S. Th. Praeceptoris.

QUam egregios de Gratia versatili triumphos in celeberrimis hinc Congregationibus verae Dei gratiae, gratia scilicet de se, & ab intrinseco efficacissima simul, & suavisissima reportavit per pugiles suos Lemosium, & Alvarezium, maxime dum CLEMENS VIII. iussit, ut, tacente fatiocinatione, secundum praclarissimos Ecclesiae Doctores Augustinum, & Thomam res ipsa decideret, praclare & solide demonstrat Eximius, ac Sapientissimus Auctor; adeo ut, licet, quae venerabimur semper, Summorum Pontificum decreta verent, ne ipsis, quae prodeunt, Adis fides, nempe judicialis, & authentica, deferatur, istidem tamen fides historica, & humana denegari non possit. Veruntamen ad plenam praedeterminationem, & efficacissimam ab intrinseco gratiae victoriam, atque ad disputationum quotidianae hac super

per re emergentium finem, optandum foret, ut quae in Bibliothecis, Archivisque Romanis recondita sunt, praedictarum Congregationum monumenta, typis publicis, approbante, ac volente Pontifice Maximo, mandarentur, & quisque iis plenam deferret obedientiam. Id unanimiter, ardentemque expectet veri Magnorum Augustini, & Thomae Discipuli; id ipsum cum tota animi erga Pontificis Summi placita, & oracula submissione votis omnibus expeto, & voveo Thomistarum ipse minimus, in vigilia Angelici nostri Praeceptoris D. Thomae Aquinatis 1709. Montibus Hannoniae.

F. BALTASSAR a PUERO JESU Carmel. Discalear. Conventus Montensis Prior, & quondam S. Th. Praeceptor.

APPROBATIONES THEOLOGORUM

Ordinis Praedicatorum.

APPROBATIO

RR. Adm. & Sapientissimorum PP. Magistrorum F. ANTONII BONINCHI, S. Th. Doctoris, & F. JOANNIS FELICIS MINELLI, iidem S. Th. Doctoris; necnon Eruditissimi P. F. VINCENTII MARIE FERRO S. Th. Licentiat, & Illustrissimi Venetiarum Patriarchae Theologi.

DIVina providentiae consilio factum est, ut celeberrimarum de Divinis Auxiliis Congregationum Historia, ante annos septem sub Augustini le Blanc ascitio nomine Lovanii publicata, ab aemulis Scriptoris oppugnaretur. Ea res germanum illius Auctorem, R. adm. P. M. HYACINTHUM SERRY, primum in Academia Patavina S. Theologiae Praefectorem, induxit, ut detracta jam larva, in arenam tota frontis libertate descenderet, novamque praclarissimam historiae editionem adornaret, magna rerum accessione auctam, infertique pro re nata adversus eisdem oppugnatores vindicationibus assertam, defensam, illustratam; eidemque Librum Quintum de integro adderet, superiorum Librorum Apologeticum, quo narratae historiae veritas adversus Theodori Eleutherii spissum Opus nova momentorum, rationumque suppellectili vindicaretur. Nos recentem hanc Viri Pereruditum lucubrationem, qua novum editae praedictae historiae pretium accedit, attentius examinavimus, nihilque in ea deprehendimus, quod Christianae Religionis, sanioribusque morum regulis adversetur, aut necessariae defensionis modum excedat. Quare publica luce dignam existimamus, omnibusque Augustinianae, ac Thomisticae doctrinae studiosis plurimum profuturam. Datum Venetiis in Conventu SS. Joannis, & Pauli, die 25. Novembris, anno 1708.

F. ANTONIUS BONINCHI Magister. F. JOANNES FELIX MINELLI Magister. F. VINCENTIUS MARIA FERRO Licentiat, & Illustrissimi, ac Reverendissimi Venetiarum Patriarchae Theologi.

APPROBATIO

Rever. adm., ac Sapientissimi Patris F. NICOLAI JENICOT, in S. Facultate Parisiensis Doctoris Theologi, Provinciae S. Rose Ord. Praed. Ex-Provincialis &c.

HISTORIA Congregationum de Auxiliis Divinae gratiae sub Summis Pontificibus CLEMENTE VIII., & PAULO V. in quatuor Libros distributa, & anno 1700. Lovanii sub ascitio nomine Augustini le Blanc publicata, plurimos statim habuit Approbatores, qui eam praelo, & lussery Tom. I.

ce dignam judicant. Verum ego, licet tacitus approbator, dolebam, Auctorem tam insignis Operis sub alieni nominis umbra delitescere, utpote qui, meo iudicio, sub propria pelle edi, & publicari mereretur. Sed ecce tandem dolor noster versus est in gaudium, quandoquidem aperta facie in publicum prodeat eiusdem Historiae Auctor, & Defensor Pater F. JACOBUS HYACINTHUS SERRY, Ordinis FF. Praedicatorum Religiosus Sacerdos, in Sacra Facultate Parisiensis Doctor Emeritus, olim in Liceo Sorbonico Collega, & Commilito noster amatissimus, nunc in Serenissima Reipublica Venetae Academia Patavina Theologus Primarius, in cujus commendationem haec pauca scribo, non ut palpem amicum, sed ut veritati reddam testimonium: Postquam artem legi, & relegi praefatam Congregationum Historiam, tantum abest, ut in illa deprehenderim aliquid fidei, aut bonis moribus adversum, quin potius eam magna rerum accessione locupletatam, contra nuperos oppugnatores variis rationibus, & luculentissimis testimoniis vindicatam, nec non adversus inanes Theodori Eleutherii Pseudohistorici fabellas solidissime munitam & firmatam esse, invenirem. Sic candide, & sincere censeo, salvo tamen meliori Sanctitatis suae iudicio. Hac die 24. Decembris 1708.

F. NICOLAUS JENICOT in S. Facultate Parisiensis Doctor Theologus, Provinciae S. Rose Ord. FF. Praed. Ex-Provincialis, Conventus Leodiensis Prior, & in eodena studii Theologici Regens Primarius.

APPROBATIO

Rev. adm. P. F. HYACINTHI DU MONT S. Th. Doctoris, & Praeceptoris, Prioris Conventus Bravienensis Ord. Praed., & Rev. adm. P. F. JACOBI FOSTIER S. Th. itidem Doctoris, & Praeceptoris, Ex-Prioris Conventus Nannensis, & Ex-Commissarii Generalis Conventus Luxemburgensis ejusdem Ord.

QUam recens natam, & sub ascitio nomine Augustini le Blanc in Republicam Litterariam primum prodeuntem, Congregationum de divina gratiae Auxiliis Historiam approbavit, & pro merito commendavit, qui nunc factus cedit, R. Adm., & Eximius P. Magister noster, F. Philippus Durandus in Alma Universitate Duacena S. Theol. Doctor, & Regens, nec non Provinciae nostrae Germaniae Inferioris quondam dignissimus Provincialis; nunc pluribus incrementis auctam, & veluti adultam, & contra vanissimos pseudo-Theodori Eleutherii conatus, impetive omni ex parte vindicatam, atque sub proprio Eruditissimi Auctoris nomine feliciter reculam, posteriori jure censum calculo etiam nostro approbandam. Profecto nihil hoc Opere praestantissimo Ecclesiae utilius, commodiusve hoc in genere accidere posse, arbitramur, quo & haereticorum, Ecclesiae Catholicae Pelagianismum perpetuo objicientium, vesania confundatur, & Molinistarum, triumphos ubique caecantium, imprudens pro suo Molina zelus reseretur. Prodeat igitur in Ecclesiae defensionem contra haereticos, tanquam Doctrinae ejus de Praedestinatione gratuita, & Gratiae seipsa efficacis ad omne opus bonum necessitate index certissimus; & capistrum instar, Molinistarum contra eam doctrinam insultus aliquando coerceat. Dabamus Braviae Comitibus 21. Septembris 1708.

F. HYACINTHUS DU MONT S. Th. Magister, Prior Conventus Bravienensis Ord. Praed. F. JACOBUS FOSTIER S. Th. Magister ejusdem Ordinis.

INDEX CAPITUM PRIMIS QUATUOR LIBRIS HISTORIÆ CONGREGATIONUM DE AUXILIIS CONTENTORUM.

LIBER PRIMUS.

Quo referuntur Controversiæ in Belgio primum, tum in Hispania habitæ, quæ hinc Congregationibus locum dedere ad annum usque 1597., quo causa Romam ascita, primo cognita est.

- CAPUT I. Societatem suam tenens S. Thome doctrinæ lege stringit B. Ignatius. Suos ad Concilium Tridentinum missos Theologos literis monens, ne quid noverit. Prudentium de Monte Majori, primum Moliniani velitem, Censura notat Academia Salmanticensis. pag. 1
CAP. II. Studiorum rationem, seu tenendam doctrinam Canonem præfigit Claudius Aquaviva, Præpositus Societatis. Tenens S. Thome doctrinam legem temperat, ac pene rescindit, accommodatioris Theologiae cupidus. 6
CAP. III. Lessus, & Hamelius novam de Divina Gratia doctrinam Lovanii docent. Hos gravi Censura percellunt Academiae Lovaniensis, & Duacensis, suffraganeibus Belgii Præsibus, Orium hinc Academiis inter, & Societatem grande diffidit. 11
CAP. IV. Sixtus V. Nuntium Apostolicum delegat pro subsidio Lovaniensis componendo, causamque Romam ad vocat, utriusque interim pari iudicio silentio. 21
CAP. V. Novus Duaci turbas agunt Societatis Professores: falsis in Academiam criminatibus Nuntium Apostolicum circumveniunt, quas illa datis Episcopis cumulate diluit. 30
CAP. VI. Vane Recentium quorundam adversus Censuram Lovaniensem criminationes diluuntur. 35
CAP. VII. Censura Lovaniensis iniquis Michaelis Bani artibus minime tribuenda venit. Sed nec illius duntaxat acrius, verum etiam sequentium deinceps temporum germana totius Academiæ doctrina censenda est. 38
CAP. VIII. Censurarum Belgarum auctoritas asserta, & commendata. 43
CAP. IX. Censurarum Belgarum Orthodoxia, Rome sub Innocentio XI. secundum Curie morem approbata, hoc est, Consensum iudicio commissa, illa prodit. 48
CAP. X. Hanc ipsam sub Innocentio XI. datam Censuram Belgicis approbationem alia demonstrant. 53
CAP. XI. Non absimilis sub Innocentio XII. Censuris Belgicis approbatio data multis ostenditur. 59
CAP. XII. Inepie Recentiorum quorundam adversus Censuram Belgarum Approbationem, Roma sub Innocentio XI. datam, strophe, imposturæ reselluntur. 63
CAP. XIII. Liber Concordiæ Ludovici Molinæ majorum in Hispania discordiarum fomitem subministrat ob contemptam S. Augustini auctoritatem atque doctrinam. 70
CAP. XIV. Molinæ Concordia a viris in Ecclesia maximi nominis statim male habita ob gravissimam suscitatis Pelagianismi suspicionem. 81
CAP. XV. Molinæ Concordia, male a multis habita, ut quo erotes Petri de Rivo, a Sixto IV. proscriptos, de quo suscitabat. 86
CAP. XVI. Molinæ Concordia, Theologis & Societate primi subselli initio displicet; & ab eis strenue consulari, durioribusque notis afficitur. 91
CAP. XVII. Henricus Henricus, & Joannes Mariana, Hispani Societatis Theologi, Molinam exagitant. 98
CAP. XVIII. Potissima Moliniana Doctrina Capita, tum ante vulgatum Concordiam, tum etiam ut primum vulgata est, oppugnant Itali Societatis Theologi. 106
CAP. XIX. Molinam, eisque recens inducta Paradoxa, pari zelo exagitant Galli & Societate Professores, uti antiquæ Patrum Traditioni, maxime vero D. Augustino injuria. 110
CAP. XX. Privata Molinæ causa communibus votis a Societate suscipitur adversus FF. Predicatorum oppugnationes. 116
CAP. XXI. Litem adversus Molinam apud generalem

Hispaniarum Inquisitionem instrunt FF. Predicatores; quam tandem ferendo iudicio maturam, Romam advocat Clemens VIII., Societatis precibus lassatus; partibus interim de Divina Gratia questionibus iudicio silentio. 122
CAP. XXII. Scriptorum utriusque partis, Romam ab Inquisitione generali transmissorum, plenior, & uberior enumeratio. 130
CAP. XXIII. Censuram a generali Hispania Inquisitione Romam transmissarum, altissimamque nonnullarum, distinctior enumeratio. 133
CAP. XXIV. Nonnulla recentioris Questionum Auctoritatis adversus Censuras, superiori Capite recensitas, cavillationes recensentur. 140
CAP. XXV. Nova Predicatores inter, ac Jesuitas distincta, iudicii silentii occasione, suboritur. 148
CAP. XXVI. Delatis Romam FF. Predicatorum expositulationibus, servandis silentii statuta temperatur: at, nova admittit fraude, nova lesu inventur. 152

LIBER SECUNDUS.

Quo quadruplex Cause cognitio, in Romanis Congregationibus ab anno 1597. ad annum 1602. habita, describitur.

- CAPUT I. Rome litem instruit F. Didacus Alvarez, Predicatorum Hispanie Procurator. Primi in Societatis defensionem procedunt Robertus Bellarminus, & Petrus Arrabal. De Bellarmino opportuna digestio. 163
CAP. II. Primum libri Molinæ examen edicit Pontifex, selectis Censuris consensit. Priorum Conventuum Acta breviter recensentur. 172
CAP. III. Resolvitur primi examinis Congregationis: lata iudicia recognoscuntur: scripta ex Hispania Romanam transmissa examinantur. 178
CAP. IV. Post varios Jesuitarum motus, Censura totius Congregationis nomine a Secretario editur; cuius promulgationem, novo petito mutas collationis examine, iidem ipsi discutunt. 184
CAP. V. Priora novi huius examinis, seu verius collationis Acta breviter recensentur. Quid sex prioribus Congregationibus tractatum, pro aperienda utriusque Scholæ sententia. 190
CAP. VI. Quid septima, & octava Congregatione, ac deinceps scripto tractatum, ad emendandam & Patribus Societatis Scholæ sua sententiam. 197
CAP. VII. De Jesuitis, quasi in domestica scholæ doctrina exposita minus sinceris, Predicatorum expositant, dato scripto: cui illi scripto admodum aculeato respondent. 201
CAP. VIII. In emendanda Societatis Theologorum sententia diu allaborat Cardinalis Madrutus; Paris utriusque scriptis excipit; ac demum, absoluto mutue collationis examine, morti occumbit. 210
CAP. IX. Mortuo Cardinali Madrutio, Summum Pontificem a ferenda sententia deterrere moluntur Jesuitæ. 214
CAP. X. Stat Pontifex incepto: Tertium cause huius examen, seu verius novam primi examinis recognitionem edicit. Interea multa Jesuitæ moluntur, ut litem implerent. 216
CAP. XI. Novas compositionis conditiones rogant Jesuitæ: quibus rejectis, alias artes meditantur. 224
CAP. XII. Tertium causa huius Examen, seu secundam primi examinis recognitionem absolvunt selecti Censores, Summoque Pontifici tradunt. Intereadunt Jesuitæ, novæque examen postulant. 229
CAP. XIII. Quartum examen edicit Clemens VIII. Questionem alio ducere, Censoresque delinire nititur Card. Bellarminus. 233
CAP.

- CAP. XIV. Quartum examen ineunt selecti Iudices, pro Censuris jam antea latis recognoscendis. Quid utriusque prioribus Congregationibus actum. 236
CAP. XV. Quid Congregationibus quarta, quinta, & sexta retractatum in hoc quarto examine. 240
CAP. XVI. Quid a septima quarti huius examinis Congregatione ad undecimam usque tractatum, ac definitum. 244
CAP. XVII. Quid ab undecima quarti huius examinis Congregatione ad decimam-quintam tractatum, ac definitum. 249
CAP. XVIII. Quid a decima-quinta quarti huius examinis Congregatione ad decimam-nonam tractatum, ac definitum. 255
CAP. XIX. Quid a decima-nona quarti huius examinis Congregatione ad vigesimam-tertiam tractatum, ac definitum. 263
CAP. XX. Quid a vigesima-tertia quarti huius examinis Congregatione ad vigesimam-octavam tractatum, ac definitum. 269
CAP. XXI. Quid a vigesima-octava Congregatione ad trigessimam-secundam tractatum, ac definitum. 274
CAP. XXII. Quid a trigesima-secunda quarti huius examinis Congregatione ad ultimam usque definitum. 278
CAP. XXIII. Quarti examinis Decreta, ceteraque Congregationis instrumenta disponunt, Summoque Pontifici tradunt DD. Consultores. 282
CAP. XXIV. Causa definitionem per Epistolas, & Administratos regit Catholicus Rex: promittit Pontifex. 285
CAP. XXV. Prima pro impedienda definitione Jesuitarum ars: Periculosa Molinæ dogmata tenacius aperto Marte propugnant, atque disseminant, ut orturi schismatici metum Clementi VIII. incutiant, si contrarium decernat. 283
CAP. XXVI. Altera pro impedienda definitione Jesuitarum ars: Sylvanensem Episcopum implantant, qui Molinismum in Academia Parisensi florentem Pontifici mentiatur, ut definitionem ejus ea in Academia improbatum iri, subimatur. 292
CAP. XXVII. Tertia pro impedienda definitione Apostolica Jesuitarum ars: Concilium generale convocari volunt, ubi de controversis dogmatibus iudicetur. Pontificem ad S. Augustini lectione deterrere moluntur. 298
CAP. XXVIII. Quarta pro impedienda definitione Jesuitarum ars: Molinæ doctrinam per Episcopos, stultasque revelationes commendari curant, ut Clementem VIII. a ferendo iudicio deterrant. 303
CAP. XXIX. Quinta pro declinanda definitionis auctoritate Jesuitarum ars: palam cum gregalibus suis propugnant, de fide non esse, Clementem VIII. Summum Pontificem, & Petri successorem esse. 307
CAP. XXX. Clemens VIII., Regis Catholici precibus inclinat, causam Doctorem Complutensem, ac Jesuitarum, qui contra Pontificiam auctoritatem attestaverant, ad Hispaniensem Inquisitionem transmittit. Hæc vero Pontifex turpiter ludit. 311
CAP. XXXI. Nova Predicatorum inter, & Jesuitas de Pontificia auctoritate liti oritur. Ipsi propositiones, Compluti propugnatas, contrariis thesibus retractant, sed fidei. 316

LIBER TERTIUS.

Quo Quinta Cause cognitio ab anno 1602. ad annum 1606. coram Clemente VIII., & Eminentissimis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, aliisque Censoribus deputatis habita narratur.

- CAPUT I. Novis Societatis precibus inclinat Clementis VIII. quintum examen coram Sanctitate sua habendum edicit. 321
CAP. II. Incipias coram Clemente VIII. disputationes speciosis divorticulis effugere, ac declinare nituntur Molinæ vindictas. 326
CAP. III. Novas Jesuitæ Hispani favores emendicant, ut Moliniana doctrinæ auctoritatem concilient, eisque causam apud Summum Pontificem jurari curent. 329
CAP. IV. Guillelmum Biffum, Regium in Academia Duacensi Professorum, de curis Moliniana Doctrinæ Censuris consulunt Romani Censores. 331
CAP. V. Gregorius de Valentia S. Augustini contextum in solemnem disputationem turpiter adulterat. Qua de re a Clemente VIII. graviter obiurgatus, pro nimio pudore mentis veritatem capitur, nec multo post animam agit. Huius historia veritas adeo accessus Fabulatores vindicatur. 334
CAP. VI. Gregorio de Valentia sufficit Petrus Arrabal. Hic novis strophis Congregationes identidem intermitti curat; ac tandem illis concedit disputandi locum. 342
CAP. VII. Novi Molinæ Vindictæ varias artes meditantur, ut Pontificiam definitionem eludant: eamque, interveniente Pontificis obitu, re ipsa effugiant. 345
CAP. VIII. Distincta quinti huius examinis Historia textitur. Quis in celebrandis congressibus servatus ordo: que lex a Clemente VIII., antiquæ Traditionis herede, disputantibus data; ut videlicet ad S. Augustini mentem Controversiæ omnes exigerentur? 348
CAP. IX. Argumenta Disputationum quinti examinis a CLEMENTE VIII., pro nata difficultate, identidem designata. 357
CAP. X. Quid prima, ac secunda quinti huius examinis Congregatione disputatum, ac definitum? 366
CAP. XI. Quid tertia & quarta Congregatione disputatum, ac definitum? 373
CAP. XII. Quid quinta, & sexta Congregatione disputatum, & definitum? 377
CAP. XIII. Quid septima Congregatione disputatum? Quid octava definitum? 382
CAP. XIV. Quid nona Congregatione disputatum? Quid decima definitum? 386
CAP. XV. Quid undecima Congregatione disputatum? Quid duodecima definitum? 389
CAP. XVI. Quid decima-tertia Congregatione disputatum? Quid decima-quarta definitum? 392
CAP. XVII. Quid decima-quinta Congregatione disputatum? Quid decima-sexta definitum? 395
CAP. XVIII. Quid decima-septima Congregatione disputatum? Quid decima-octava definitum? 398
CAP. XIX. Quid Congregatione decima-nona disputatum? Quid vigesima definitum? 401
CAP. XX. Quid vigesima-prima Congregatione disputatum? Quid vigesima-secunda definitum? 405
CAP. XXI. Quid vigesima-tertia Congregatione disputatum? Quid vigesima-quarta definitum? 409
CAP. XXII. Quid vigesima-quinta Congregatione disputatum? Quid vigesima-sexta definitum? 411
CAP. XXIII. Quid vigesima-septima Congregatione disputatum? Quid vigesima-octava definitum? 415
CAP. XXIV. Quid vigesima-nona Congregatione disputatum? Quid trigesima definitum? 420
CAP. XXV. Quid trigesima-prima Congregatione disputatum? Quid trigesima-secunda definitum? 422
CAP. XXVI. Quid trigesima-tertia Congregatione disputatum? Quid trigesima-quarta definitum? 426
CAP. XXVII. Quid trigesima-quinta Congregatione disputatum? Quid trigesima-sexta definitum? 429
CAP. XXVIII. Quid trigesima-septima Congregatione disputatum? Quid trigesima-octava definitum? 432
CAP. XXIX. Quid trigesima-nona Congregatione disputatum? Quid quadragesima definitum? 435
CAP. XXX. Quid quadragesima-prima Congregatione disputatum? Quid quadragesima-secunda definitum? 439
CAP. XXXI. Quid quadragesima-tertia Congregatione disputatum? Quid quadragesima-quarta definitum? 442
CAP. XXXII. Quid quadragesima-quinta Congregatione disputatum? Quid quadragesima-sexta definitum? 446
CAP. XXXIII. Quid quadragesima-septima Congregatione disputatum? Quid quadragesima-octava definitum? 448
CAP. XXXIV. Quid quadragesima-nona Congregatione disputatum? Quid quinquagesima definitum? 450
CAP. XXXV. Quid Congregatione quinquagesima-prima disputatum? Quid quinquagesima-secunda definitum? 453
CAP. XXXVI. Quid Congregatione quinquagesima-tertia disputatum? Quid quinquagesima-quarta definitum? 456
CAP. XXXVII. Quid Congregatione quinquagesima-quinta disputatum? Quid quinquagesima-sexta definitum? 459
CAP. XXXVIII. Quid Congregatione quinquagesima-septima disputatum? Quid quinquagesima-octava definitum? 463
CAP. XXXIX. Quid Congregatione quinquagesima-nona disputatum? Quid sexagesima definitum? 466
CAP. XL. Quid Congregatione sexagesima-prima disputatum? Quid sexagesima-secunda definitum? 474
CAP. XLI. Quid Congregatione sexagesima-tertia disputatum? Quid sexagesima-quarta definitum? 477
CAP. XLII. Quid Congregatione sexagesima-quinta disputatum? Quid sexagesima-sexta definitum? 477
CAP. XLIII. Quid Congregatione sexagesima-septima disputatum? Quid sexagesima-octava, eademque ultima definitum? 481
CAP.

CAP. XLIV. Recentium hujus Historie Interpolatorum adversus quintum examen querimoniam dilantur. 485
CAP. XLV. Exceptiones adversus Clementem VIII. a Frequentioribus consilia dispartant. Cardinali Perronio in Societatem inclinatio quis animus, aperitur. 489
CAP. XLVI. Clementis VIII. ferenda sententia voluntatem ad mortem usque gerit; nec ab ea Card. Perroni consilium dimoveretur. 495
CAP. XLVII. Cardinalis Perroni delictum exponitur, & in Amulio regetitur. 501
CAP. XLVIII. Basside commentum, a Germano Beche-frio Societatis Theologo nuper Parisiis instauratum, de peccatis obduratorum non imputandis, cumulativissime consulatur. Peccati Philosophici nuperime reclusus error exploditur. i. ex hoc effato: Ut peccatum imputetur, nullam supernaturalem mentis illustrationem, aut excitationem voluntatis esse necessariam. 509
CAP. XLIX. Eiusdem insulsi systematis falsitas demonstratur ex altero hoc Christiane Moralit Theologiae Axiomate: A culpa non excusare in potentiam voluntariam, seu propria iniquitate contractam. 519

LIBER QUARTUS.

Quo ultima Causa cognitio ab anno 1605. ad annum 1607. coram Paulo V., & Eminentissimis Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, aliisque Censoribus deputatis habita narratur.

Sententia a Pontifice decreta, etsi nondum ex prescripto jure promulgata, aliisque subinde secuta referuntur.

CAPUT I. Istant Batres Societatis, & a Magnatibus urgeri curant, ne causa sub Paulo V. resumatur. 533
CAP. II. Examen, sub Clemente VIII. institutum, aliis artibus infirmare nituntur Moline Indices, ne causam iudicio jam maturam resumant, ultimoque desinat Paulus V. 541
CAP. III. Nova arte Pontificem a resumenda lite detrahuntur; quod quaestiones, in controversiam vocatae, nihil ad fidem attingant; earumque numero sint habenda, quas nec contemnendas, nec adstruendas censuit Caeselinus. 547
CAP. IV. Superior Molinianorum expostulatio, a nonnullis nuper instaurata, consulatur: Quaestiones, in jus vocatas, Caeselinus Capitulis arctissime coherere, multis ostenditur. 547
CAP. V. Perita ex Brevis Pontificio Innocentii XII. Theologiae Lovanienfibus inscripto, difficultas eliditur. 557
CAP. VI. Paulus V., meliora consilia secutus, causam resumit, novaeque Congregationis instituit. 562
CAP. VII. Coepias sub Paulo V. Congregationes perurbare, novisque difficultatibus involvere nititur Card. Bellarminus. 565
CAP. VIII. De prolixiori Clementis VIII. scripto in 2. Congregatione disputatur: approbatur in 3. 568
CAP. IX. De gratia seipsa efficaci Disputationem edictis Paulus V. Inducias Jesuitae postulant. Quid interim Thomas de Lemos? 574
CAP. X. De gratia seipsa efficaci in quarta Congregatione generatim disputatur; approbatur in quinta. 577
CAP. XI. De gratia seipsa efficaci in sexta Congregatione distinctim agitur, ac tum primum ex Scripturis Sacris; postmodum ex Conciliis in septima. 582
CAP. XII. De gratia seipsa efficaci, in octava Congregatione disputatur ex mente D. Augustini; ac demum uti Scripturis, Conciliis, & Augustino, consensu iudicatur in nona. 588
CAP. XIII. De gratia seipsa efficaci in decima Congregatione disputatur ex aliis Ecclesiae Patribus; usdem vero consensu iudicatur in undecima. 596

CAP. XIV. De gratia seipsa efficaci, cum Galvani erroribus collata, in duodecima Congregatione disputatur. 600
CAP. XV. De gratia seipsa efficaci rationibus Theologicis disputatur Congregatione decimatercia: Adversae partis rationes in decima-quarta Congregatione damnantur. 604
CAP. XVI. De gratia seipsa efficaci ex Doctore Angelico in decima quinta Congregatione disputatur. 606
CAP. XVII. De eisdem ex Theologorum auctoritate in decimasexta Congregatione disputatur; ac demum in decima septima, ait D. Thomas, probatissime Theologiae consensu pronuntiat. 610
CAP. XVIII. Paulus V. finienda Controversia consilium iniit, cui Molinae Procuratores, tradito scriptorura sa-ficulo, moras insulant. Germanicarum Academicarum frans detecta. 613
CAP. XIX. Paulus V., initio finienda Controversiae consilio, Bullam Pontificiam Consiliarios delinendam committit: quam illi demum diligenti studio elaboratam Sanctitati Suae tradunt. 624
CAP. XX. Illata ab Leodiensi Scriba Pontificii Diplomatis Editoribus injuria repellitur: propositiones erroneae de hae arbitrii viribus, ab ipsa motata, merito compite demonstrantur. 631
CAP. XXI. Altera ejusdem Leodiensis Scribae in eisdem Diplomatis Editores criminatio repellitur. Novum de naturalis Beatitudinis puris sine lavacro decedentibus conferenda Paradoxum, iuxta censura petium ostenditur. 637
CAP. XXII. Paulus V., oculis rationibus peremptus, Pontificii Diplomatis promulgationem mittit in aliud tempus: atque interim partes dissidentes, suavi iudicis expectatione suspensas, quiescere iubet. 650
CAP. XXIII. Lis, adversus Molinam instructa, sub iudice etiamnum est: nulloque ad hanc usque diem Sedis Apostolicae iudicio finita, compositae est, ut ab illius Molina dici possit. 655
CAP. XXIV. Jesuitae Hispani, auditio rei nuntio, v-floriam sibi acciunt: horam salutariam, & gloriationem Paulus V. privatis Rescriptis coerceri iubet. Gallos Triumphatores censura notat Archiepiscopus Romenfis. 663
CAP. XXV. Ferdinandus de Bassida Hispaniam repetit, ubi Societatis doctrinam, & habitum exortit hujus historiae veritas contra nonnullos Scriptores defenditur. 668
CAP. XXVI. Objecta Thomae de Lemos, aliisque nonnullis Thomistis Palmodia consulatur. 670
CAP. XXVII. Thomas Campanella, & Francisco Aravio Episcopus Segovienfis adversus novissimum Montanaris dicitatem vindicatur. 677
CAP. XXVIII. Paulus V., aliisque subinde Pontifices silentium de divinis Auxiliis indicunt ferenda interim pacis studio, donec meditatione iudicium praedat. 684
CAP. XXIX. Philippus III. Hispania Rex Praedicatorum, & Jesuitas in mutuum gratiam reducit; datis servanda inter sese, dum interim de doctrina disputare pergunt, humanitatis, & caritatis conditionibus. Abs-Jesuita primi volunt. 688
CAP. XXX. Stans conditionibus Praedicatorum: iudicium Pontificii promulgationem urgent: obstitit Jesuitae contra promissorum fidem. 694
CAP. XXXI. Claudius Aquariva Societatis Praepositus, insulsum rerum exitum, novamque tempestatem metuens, Molinae laxitates solenni Decreto damnas; servato tamen doctrine capite. 699
CAP. XXXII. Jesuitae, suscitatis de Conceptione Virginis invidiosis controversiis, plebem commovent, ut extremos Praedicatorum conatus, novisque pro obtinenda iudicii promulgatione supplicationes aidant. 706
Supplicatio Ordinis Praedicatorum coram Gregorio XV. pro declaratione iudicii Pontificii in Causa Congregationum de Auxiliis. 709
Supplicatio Ordinis Praedicatorum coram Gregorio XV. pro definitione quaestions de Conceptione B. Virginis. 711
CAP. XXXIII. Quadraginta in gratiam Scholae Augustino-Thomisticae adversus Moliniam Praejudicia, ex superiori Auxiliorum Historia derivata. 714

Prima Tabulante VIII. Romae habitarum

Table with columns: PRÆSIDENTE, DECISIONES, CONSULTORES EPISCOPORUM, THEOLOGORUM. Contains names of cardinals and theologians and their responses to various points.

Hae omnia habentur in magno vofsa, Censuram suam confirmant, mandantque Secretario, ut signato *
singulis septimanis conveniunt; & relecto uno Censura ar-
defensuri, Romam perveniunt.
e, subscribunt die 12. Martii, Anni 1599.
res amicaliter componatur. Depurat Sanctissimus iterum

Prima Tabula Chronologica Congregationum de Auxiliis, sub Clemente VIII. Romæ habitaram
Anno Domini 1598. & 1599.

PRÆSIDENTES.	DIES.	MENSIS.	CONGREGATIO.	MATERIA.	DECISIONES.
Illustrissimus Cardinalis LUDOVICUS MADRUTIUS, Episcopus Tridentinus, qui Concilio Tridentino interfuerat, & subscriperat. Illustrissimus Cardinalis Pompejus Arignius.	2.	Januarii.	I.	Exponit Illustrissimus Cardinalis Madrutius Mandatum Sanctissimi Papæ de examinando libro CONCORDIÆ LUDOVICI MOLINÆ, & censurandis omnibus, quæ a veritate Catholica, Conciliis, Patribus, & Theologis dissident, aut scandalum parerent.	Respondent, omnes se obedituros; & re mature pensata, decernunt, primo inquirendum, Quis fuerit scopus Molinæ.
CONSULTORES EPISCOPI.	9.	Januarii.	II.	Quis fuerit scopus Molinæ, & quæ ejus principia?	Respondent, scopum ejus fuisse, antiqua concordia gratiæ, & liberi arbitrii non satisfaciente, novam invenire.
Fr. Propertius Resta de Talleacotio (al. de Capellis) ex Ordine FF. Minorum, Episcopus Geruntinensis & Cariathensis. Fr. Julius Sanctutius a Monte Filatrano, ex Ordine FF. Minorum, Episcopus Sanctæ Agathæ-Gothorum. D. Lælius Landus Suesfanus, Episcopus Neritonenfis.	16.	Januarii.	III.	Quæ principia Molinæ ad suam novam Concordiam constituendam?	Respondent, esse quatuor. Primum, omnem Dei concursum esse cum causis in effectus, non in causas. Secundam, ut gratia, quam Deus dat ad perseverandum, sit donum perseverantiæ, necessarium esse, ut prævideatur homo confensus. Tertium, Deum cognoscere futura conditionata ante decretum. Quartum, Prædestinationem non differre a providentiâ, nisi ex prævisione.
THEOLOGI.	23.	Januarii.	IV.	I. Utrum concursus Dei generalis sit influxus in causas secundas, an potius cum causis in effectus: & qualis sit Ludovici Molinæ hac de re sententia?	Respondent, secundum rei veritatem, concursus Dei esse influxum in causas secundas; secundum Molinam, esse influxum cum causis secundis in effectus.
	30.	Januarii.	V.	Utrum prædictum primum principium Molinæ sit aliqua Censura dignum?	Respondent, esse Pelagianum.
Fr. Henricus Sylvius, Apostolicus Ordinis Carmelitarum Vicarius. Fr. Franciscus Brusius, Ordinis S. Francisci Procurator generalis. Fr. Joannes Baptista Plumbinus, Ordinis S. Augustini Procurator generalis. Fr. Gregorius Nunnus Coronel, Ordinis S. Augustini. D. Ludovicus De Creil, Doctor Sorbonæ Parisiensis.	6.	Februarii.	VI.	Quid sentiat Molina de actibus diligendi Deum?	Respondent, ipsum sentire, hos actus elici posse viribus naturæ, cum solo concursu Dei generali.
	13.	Februarii.	VII.	An mereatur Censuram opinio Molinæ de actibus prædictis?	Respondent, non posse sustineri, & esse Pelagianam.
	20.	Februarii.	VIII.	II. An mereatur Censuram opinio Molinæ de dono perseverantiæ?	Respondent, esse Pelagianam.
	27.	Februarii.	IX.	An mereatur Censuram opinio Molinæ de efficacia gratiæ?	Respondent, ad minus esse Semipelagianam.
Fr. Hyppolitus Servita Senensis, Episcopus Montis-pelufii. Fr. Antonius Bovius, Regens Collegii Carmelitarum. D. Jacobus le Bossu, Ordinis Sancti Benedicti, Doctor Parisiensis.	6.	Martii.	X.	III. An mereatur Censuram opinio Molinæ de scientia Dei respectu futurorum contingentium?	Respondent, esse falsam, & erroneam.
	13.	Martii.	XI.	IV. An mereatur Censuram opinio Molinæ de Prædestinatione?	Respondent, esse falsam, & vergere ad hæresim Semipelagianorum.
<p><i>Ad hæc die usque ad vigesimam secundam Novembris singulis septimanis conveniunt; & relecto uno Censuræ articulo, rursus discutiunt; & re iterum accurate perpensa, Censuram suam confirmant, mandantque Secretario, ut illam ordinet.</i></p> <p><i>Die 26. Novembris Patres Jesuitæ Hispani, Molinam defensuri, Romam perveniunt.</i></p> <p><i>Consultores Censuræ, jam ordinatæ in librum Molinæ, subscribunt die 12. Martii, Anni 1599.</i></p> <p><i>PP. Societatis agunt apud Sanctissimum Papam, ut res amicabiliter componatur. Deputat Sanctissimus iterum Illustrissimum Cardinalem Madrutium.</i></p>					